

Cic. Cato

19, 69:

tantum remanet, quod virtute et recte factis consecutus sis; horae quidem cedunt et dies et menses et anni, nec praeteritum tempus unquam revertitur, nec, quid sequatur, sciri potest; quod cuique temporis ad vivendum datur, eo debet esse contentus.

19, 71:

Omnia autem, quae secundum naturam fiunt, sunt habenda in bonis. Quid est autem tam secundum naturam quam senibus emori?

20, 72:

Sed vivendi est finis optimus, cum integra mente certisque sensibus opus ipsa suum eadem, quae coagmentavit, natura dissolvit. Ut navem, ut aedificium idem destruit facillime, qui construxit, sic hominem eadem optime, quae conglutinauit, natura dissolvit.

20, 73:

(Ennius) non censet lugendam esse mortem, quam immortalitas consequatur.

20, 74:

Moriendum enim certe est, et incertum an hoc ipso die. Mortem igitur omnibus horis independentem timens qui poterit animo consistere?

21, 77:

Nam, dum sumus inclusi in his compagibus corporis, munere quo-

V. Lietberti

c. 63:

Nolite arbitrari, mei karissimi filii, me velle quasi de curso spacio ad carceres a calle revocari. Quid enim habet vita humana iocundius¹? Quid non potius laboris? Non libet enim michi deplorare vitam, quomodo multi et indocti² faciunt, neque me vixisse penitet, quoniam ita vixi, ut non frustra me natum existimem, et ex vita discedo ita, tanquam ex hospitio, non tanquam e³ domo. Commorandi naturae auctor Deus diversorium⁴ nobis, non habitandi, dedit. Moriendum certe est, et id⁵ incertum an eo⁶ ipso die. Omnia vero, quae secundum naturam fiunt, sunt habenda in bonis. Quid est autem tam secundum naturam quam senibus emori? Horae quidem cedunt et dies et menses et anni, nec praeteritum tempus unquam revertitur, nec, quid sequatur, sciri potest; quod cuique⁷ temporis ad vivendum datur, eo debet esse contentus. Tantum⁸ remanet, quod recte factis et virtute consecutus sis. Sed vivendi finis est optimus, cum integra mente certisque sensibus opus ipse suum, qui coagmentavit, Deus dissolvit. Ut aedificium idem facillime destruit, qui construxit, sic hominem eodem optime, qui conglutinauit, Deus dissolvit. Mortem igitur omnibus horis

¹) -us getilgt 2. ²) Vgl. *etiam docti* (st. et *docti*) V bei Cicero, besonders aber *et ii docti* in der älteren Cicero-Ausgabe bei Teubner von Klotz (Vorrede von 1855). ³) So bei Cicero die jüngeren Hss. H²I NRS (*ex domo* V und die jüngeren Hss. B und Pb). ⁴) So bei Cicero die Hss. b (= Bruxell. 9591, saec. IX), A (= Ashburnham., nunc Paris. n. a. l. 454, saec. IX/X) und Pa (= Paris. 5792, saec. X/XI). ⁵) So die ältere Cicero-Ausgabe von Klotz. ⁶) So bei Cicero die Hs. V und die jüngeren Hss. BEIRS (nur *an ipso* b). ⁷) So bei Cicero die Hss. P²L²A² und die jüngeren H²BEIRS. ⁸) Dahinter bei Cicero *enim* PL²A²HE.